

**A** non in mandante culpa est, sed in præuacitate peccati est. Et quod in deo fuit, ostendit omnibus quod oēs voluit liberare. Nec tamē dico quia præuacitacionē nesciebat futuram, immo quia sciebat assero, sed non ideo peccatis proditoris inuidiam in se debuit deuare, vt adscriberetur deo quod vterque sit lapsus. Nunc autē vterque redarguitur, atque reconiunctur, quia & ille mādātū ne laberetur accepit, & hic etiā in apofolatus munus a factus est, vt vel beneficio dei reuocaretur a proditionis afectione: simul vt dum alii reuincuntur, prodesset omnibus. Non enim consisteret peccati si interdictio non fuisset. Non consistere autē peccato, non solum malitia sed etiā virtus fortasse nō esset: que nisi aliqua malitia fuissent semina, vel subsistere vel eminerere non posset. Quid est enim peccatum, nisi præuacitacio legis diuinæ, & cælestium inobedientia præceptorum? Nō enim auribus corporis de mandatis cælestibus iudicamus, sed cū esset dei verbum, opinionēs quædam nobis boni & mali pullulaerunt, dum id quod malum est, naturaliter intelligimus esse vitandum: & id quod bonum est, naturaliter nobis intelligimus esse præceptum. In eo igitur vocem domini videmur audire, quod alia interdicit, alia præcipiat. Et ideo si quis nō obediēt illis quæ semel a deo præcepta credimus, penæ obnoxii? æstimatur: dei autem præceptū non quasi in tabulis lapideis atramento legimus inscriptum, sed cordib⁹ nostris tenemus impressum spiritu dei viuū. Ergo opinio nostra sibi legem facit. Si enim gētes quæ legē non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciūt: eiusmodi legē nō habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendūt opus legis scriptū in cordibus suis. Opinio igitur humana sibi taquā dei lex est. Iterū hinc aliam faciunt quæstionem, vt ad vicem mandati eius quod diximus in hominis opinione consistere, hanc ipsam opinione impressam a deo nobis tanquā præscriptā diuinæ legis accusent. Nouerat, inquit, hominem peccatum qui creauit eū, & has opinionēs boni & mali impressit, an nō nouerat? Vt si dixeris quia nō nouerat, alienum a maiestate deitatis. Si autem dixeris quia sciēs deus peccatum hominē, cōmunes tamē opinionēs ei boni & mali impressit, vt propter admixtionem malorū vitæ perpetuitate feruare non posset: sicut in illo non prælagum futuri, ita in hoc non bonū deum significare videaris. Atque hinc argumentatur quia non est creatura hominis a deo facta. Nam sicut supra ostēdimus eos dicere quod nō est mādātum dei, sic & hic dicunt. Non ergo creatura hominis a deo, quia deus malū non fecit. Homo autem opinionem accepit mali, dum a malis præcipitur abstinere. Hoc autē genere alium bonum deū, alium operatorem hominis conatur asserere. Quibus respondendum est illico secūdum opinionē istam. Si enim hominē nolunt a deo factum, quia peccator est homo, & hoc refrugunt, ne bonus deus peccatorem scilicet videatur, quia nō putant bonum qui fecerit peccatorem: dicat vtrum operatore hominis a deo factum putent. Si enim a deo fact⁹ ille (vt dicūt) operatore est hominis, quomodo bonus deus operatorem malificet? Vtque nō bonus. Nā qui peccatorem facit non bonus, cauedum ne grauius sit operatorem peccatoris fecisse. Debit enim bonus deus prohibere naturitatem eius qui peccati substantia habebat inducere. Quod si dicant non esse genitum operatorem, requirendum vtrum bonus deus poterit inhibere quoquo modo incipientem malitiam, an non poterit. Si enim nō potuit, infirmus: si potuit & nō fecit, non bonus. Ergo si sibi ista non congruunt, nec suæ sibi hæreticorum cōueniunt opinionēs. Requiritur ne forte ratiois fuerit, quia causa deus sine geniti sine nō geniti illius operatores sic veli malitiam introire in hūc mundū, cum possit inhibere. Itaque seruantes vniū & eūdem deum bonū atque operatore, id si possumus astruamus, quod gratiæ vtrique cōueniat, nec accusatiōis eo-

rum declinemus inuidiam, qui ita dicunt: Quō bonus deus qui nō solum passus est introire in hūc mundum malitiam, sed etiā in tantā confusionem venire permittit? Verum hæc accusatio tunc locū haberet, si ita animæ vim & intimæ secreta mētis insiceret, vt nullo pacto posset aboleri, & immedicabiliū vulnerū menti atque animæ nostræ virus insideret. esset enim aptior huius querele locus, quā cum oīa possit deus, hominē tamē parere sit passus. Verū cum deus nostri misericors respēdi erroris remedia reseruauerit, abolēndiq; oīs contagiū non aboleuerit facultate: quō irrationabile vel iniustū est si permittit nostrum materiale tentari quadam trepidatione fragilitatis humanæ, vt fenerator postea gratia per penitentiam delictorum i hominis rediret afectionem, & fragilitatis suæ cōsciūs, quā tā facile a diuinorum mādatorū serie deuiando trepidauerit, tanq; clauū animæ fluctuatis mādata cælestia timeret amittere, diuinæ misericordiæ plus tribuens quod recepit amissū, & sibi aliquid vsurpans gratiæ quod reuertit.

Cur deus cum mādātū daret homini, de manducādo & non manducādo putauerit esse mādātū. Quia etiam ratione dñs deus Adæ dixerit, Morte moriemini: & quid interfit vtrū aliquis dicat moriemini, an addat, morte moriemini. **Caput IX. E**



**N**UNC quæ sit illa ratio consideremus, quid sit istud quod cum mādātū daret homini de illa admirabili beatāque vitæ præscribens, ne contra faciēs morte moreretur, de manducādo & non manducādo putauerit esse mādātum. Sicut enim qui putant nequaquam mādātū istud cōuenire cæli & terræ atque omnium creatori: nequaquam dignum incolis paradisi, eo quod illa vita similis angelorū sit. Et ideo nō terrenū & corruptibile hunc cibū eui fuisse possumus æstimare, quia qui nō bibunt neque māducāt, erunt sicut angeli in cælo. Cū igitur in cibo neque præmiū sit, quia esca nos non cōmēdat deo: neque magnum periculū sit, quia neque quod intrat in os, cōquinat hominē, sed quod exit de ore: videtur sine dubio a tanto autore nō esse præceptū, nisi hunc cibū ad illud propheticū referas, quod pro magno præmio dñs de sanctis pollicetur suis: Ecce qui feruūt mihi, māducabunt, vos autē elurietis. Hic est enim cibus in quo vita definitur æterna, quo quisquis fuerit defraudatus, morte morietur. Quādoquidē panis viuus atque cælestis ipse dñs est, qui vitā dat hūc mundo. Vñ & ipse ait: Nisi manducaueritis carnē meā, & biberitis sanguinem meum, nō habebitis vitā æternā. Erat ergo panis aliquis de quo præscriperat edendū paradisi incolis. Quis ille? Accipe quæ dicat: Panem, inquit, angelorum māducavit homo. Est enim bon⁹ panis si facias voluntatē dei. Vis scire qui bonus panis est? manducat hunc panē, de quo ait: Meus cibus est: vt faciam voluntatē patris mei qui in cælis est. Iterū videamus quia rōne dñs deus Adæ dixerit: Morte moriemini: quid interfit vtrū aliquis dicat, moriemini: an addat, morte moriemini. Ostēdere enim debem⁹ nihil superfluum in dei esse mādato. Itaque hoc arbitror, cū duo sibi sint contraria, mors & vitā: secūdū simplicē sermonē a vitā viuere dicim⁹, a morte mori. Si autē geminare velis vtrūque, quia vitā vitā facit, dicē, Vita viuūt: sicut habes i lege. Et quia mors mortē facit, dicitur: Morte morietur. Nō est autē superflua ista geminatio. Est enim vita ad mortem, & est mors ad vitam: quia quis & dum viuūt moritur, & dum moritur viuūt. Fuit ergo quatuor distinctiones, vitā viuere, morte mori, mortū viuere, vitā mori. Cum igitur hæc se ita habeat, vltus & consuetudinis præiudiciū debemus excludere, quia vltus hoc habet, vt communiter dicatur viuere & qui vitā viuūt, & qui mortū viuūt: & cōiter dicatur mori vel ille qui mortū moritur, vel ille qui vitā. Itaque ex quatuor illis duo signifi-

2. Cor. 3.

Esa. 65.

F

Psal. 77.

Ioan. 4.